



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118871

§. 67. Ludovici Ludovisii Cardinalis extrema.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](#)

Sæc. XVII. diderit, dubium reliquit. Vera de eo
A.C. 1632 fama fert, destinasse Cardinales, opta-
se Reges, ut Pontifex Maximus ipse
renuntiaretur, si vitam ad proxima co-
mitia protraxisset: ast æterna licet me-
moria dignus, anno ætatis suæ quin-
quagesimo primo nimis præmature de-
cessit, sepultus in Ecclesia Carmeli-
rum Discalceatorum S. Mariæ de Vi-
ctoria.

§. LXVII.

*Ludovici Ludovisi Cardinalis ex-
trema.*

*Maracc. in
Purp. Ma-
rian. Cia-
con. in vita
Greg. XV.*

Non minus gratam nominis sui me-
moriam posteris reliquit Ludovi-
cus Ludovisius patria Bononiensis, Gre-
gorii XV. Nepos: Hic nequaquam san-
guinis beneficio, sed potius meritorum
suffragio juvenis adhuc sub eodem Pon-
tifice Patruo suo quamplures digni-
ties Purpuramque brevi temporis inter-
vallo assequebatur; ingenii enim feli-
citate literarum stadia præcipiti curlo-
emensus, miram honestatem, gravita-
tem, temperantiam, animi magnitu-
dinem, & justitiam præfeserebat, Vir
non nisi ad excelsa natus, heroicisque
virtutibus maxime instructus. Erat
etiam in pauperes oppido liberalis, er-
ga omnes supra modum comis ac fa-

ciliis, de augendo Dei cultu summo- Sæc. XVII.
optat:
as ipse
ma co-
et me-
e quin-
are de-
mellit-
de Vi-

s ex-

il me-
udow-
s, Gre-
m fac-
itorun-
n Por-
ignita-
nter-
n felic-
curia-
travita-
agnitu-
t, Vir-
ciscus-
Era-
lis, er-
ac fa-
ciliis,

pere sollicitus: Templum augustum A.C. 1632.
Romæ S. Ignatio sacrum Regiis ferme
sumptibus exstruxit, ibidemque Col-
legium Hibernorum juvenum instituit,
annuosque illi reditus assignavit. Tan-
dem vero rebus præclare gestis Bonon-
iæ nonnisi triginta septem annos na-
tus, die decima octava Novembris de-
cessit, sepultus in sua Metropolitana.
Scripsit sermones plurimos Bononiensi-
bus literis excusos.

Duobus nonnisi Cardinalibus hoc
anno defunctis Urbanus VIII. Pontifex
die vigesima Decembris unum dunta-
xat Cardinalem Joannem Albertum Si-
gismundi III. Polonorum Regis Filium
post Patris sui mortem subrogabat.

§. LXVIII.

Variæ Urbani VIII. Pontificis Con- stitutiones.

Præterea Urbanus VIII. Pontifex pa-
storalem suam sollicitudinem circa Bull. magn.
varia Ecclesiæ negotia extendit, edi- Urb. VIII.
tisque Constitutionibus testatam reddi- tom. 4.
dit, & primo quidem cum Mutius Vi-
telleucus Societatis Præpositus, socios
suos non raro sacerdotalia officia ac digni-
tates ambire deprehenderet, summum
Pontificem rogabat, ut votum, vi cu-
jus